

Jahres-Bericht

des

Königlichen und Stadtgymnasiums


zu Cöslin

für das Schuljahr Michaelis 1834 bis Ende Oktober 1835.

Voraus geht:

De prima Demosth. Philipp. scripsit C. G. Lindenblatt, Dr. et Conr. Gymnas.

Gedruckt bei C. G. Hendeß.



De prima Demosthenis Philippica.

Quum post praeclara Hier. Wolfii studia viri docti duo circiter saecula nullam fere curam in edendas et interpretandas Demosthenis orationes contulissent, nostra aetate Viri Celeberrimi Fr. A. Wolfius, Fr. Jacobsius, Im. Beckerus, et C. A. Rüdigerus sive edendis, sive explicandis illis summi ingenii monumentis operam navarunt. Quorum virorum studio factum est, ut orationes Demosthenis, quibus ad Graecarum literarum studium commovendum et alendum vix aptius dixeris quidquam, paucis olim notae, a scholarum usu multis de causis exclusae, et viris et juventuti Graecarum literarum studiosis emendatae correctaeque tandem traderentur. Quis vero, progrediens in via clarorum virorum curis aperta, Demosthenis ingenium, verborum sententiarumque gravitatem, tempora illa considerans, tacente saepe historia, sibi persuadeat, nihil hodie in orationibus reperiri, quod vel multum difficultatis habeat, vel incertum sit relictum? Praeter eam, quae versatur in verbis dijudicandis explicandisque, singularem curam in primam quam dicunt Philippicam eam ob causam contulerunt viri docti, ut controversia, quae est de partibus orationis, quibus prima sectionis XXX*) verba intercedunt, dirimeretur. Verba enim illa, nec antecedentibus, nec sequentibus sententiis apta, et testimonium Dionysii Halicarnassei, priorem orationis partem orationem esse dicentis Ol. 107, 1., posteriorem et ipsam orationem Ol. 108, 2. habitam, in varias viros doctos opiniones adduxerunt, quorum alii,**) Dionysii testimonium secuti, diversam utramque partem orationem, unam integramque alii,***) historiae minus, sententiarum ordini et rebus, quas tractandas susceperit Demosthenes, plus tribuentes, quae dividi nullo modo possit, orationem judicarunt. Qua in re exponenda, ut mihi videtur, nec solo Dionysii testimonio uti sufficit, nec prodest enumerare, quae orator ex mente interpretis cujuscunque dicere debebat, sed spectandum potius, num ea, quae dixit in priore parte, oratio sint jure habenda ex ipsius ingenio profecta. Inter omnes enim, qui de arte, qua Demosthenes usus est in componendis orationibus, cogitarunt, eum, qui tanta diligentia industriaque naturae impedimenta superaverit, non solum in orationibus comparandis, sed etiam in verbis deligendis diligentissimum fuisse constat. Quodsi orationem, vel orationis partem, in qua verborum sententiarumque ordo ac modus desideretur, invenias, id, quod deest, nec incuriae, quae in Demosthenem non cadit, attribuendum, nec ineptis interpretationibus, rejecta historia, res eo adducenda, ut particula, qualicunque casu ab oratione sejuncta, cum alia alio tempore aliaque ratione habita oratione conglutinetur.

---

*) Jo. Henr. Bremii editionem secutus sum.

**) Lelandus in dissertatione de hac re scripta; Fr. Jacobsius in libro: Demosth. Staatsreden p. 109. seqq.; C. A. Rüdigerus in Prolegg. in Dem. Phil. I. p. 13. seqq.

***) A. Augerus in interpretatione Francogallica; recentiore tempore Alb. Gerh. Beckerus in libro: Demosth. als Staatsmann und Redner p. 268. seq.

Quae tandem est Demosthenis illa tam celebrata dicendi gloria, si duae sive orationis, sive orationum partes, aut diversae orationes a viris doctis judicari possunt, quarum tamen neutra vel Demosthenis rationem, vel quid Atheniensibus persuadere voluerit, perspicue doceat, aut utraque pars, contra rerum fidem, totum habetur, in quo et partium, et sententiarum, et rerum ratio, aliena non solum a Demosthenis ingenio, sed etiam a populi auctoritate, et oratoris dignitatem, et oratoriam artem neglectam esse, satis ostendat. Equidem, relecta saepius utraque parte, comparatis aliis nostri orationibus, non modo priorem quam dicunt partem, non partem, imo orationem integram, sed etiam posteriorem priori contrariam, particulam orationis deperditae habendam esse, satis intellexisse mihi videor. Quum vero instituti nostri ratio cogat, ut paucis rem absolvam, hoc loco non nisi priorem quaestionem, qua orationem numeris suis absolutam esse priorem partem demonstretur, tractabo, ita vero, ut, praemisso Dionysii testimonio, singulis orationis partibus expositis, num, quod dicere sibi proposuerit, vere dixerit orator, exponam.

Quod ad tempus attinet, quo oratio sive orationes nostrae habitae sunt, Dionysii Halicarnassei testimonium exstat in epistola ad Ammaeum his verbis scriptum, quae, quum Dionysii opera non suppetant, ex Hier. Wolfii editione, cui epistola illa antecedit, refero.

Ep. ad Amm. p. 2. *Μετὰ τὸν Θεόδημον*) ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων ἐφ᾽ οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο, καὶ λόγους ἐν τῷ δήμῳ διέθετο περὶ τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος καὶ τῶν δέκα γαυλικῶν τριηρῶν ἐις Μακεδονίαν.*

Ep. ad Amm. p. 5. — *ἔπειτα Θεμιστοκλῆς**) ἦν ἄρχων ἐφ᾽ οὗ τὴν ἕκτην***) τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν. ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν, καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστὶν ἀρχή· ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν.*

Quum ex disputatione, quam instituit, tum ex multis, quae de vita Demosthenis ejusque orationibus tradit, hoc Dionysii testimonium gravissimum esse, intelligitur. Nam ratio ejus cum Ammaeo disputandi, sicut res, quam exponit, ea est, ut nec fingendi, nec fallendi consilium quisquam suspicari possit. ****) Quae vero de vita et orationibus Demosthenis disserit, tantum abest, ut vel ab historia Atheniensium, vel a Demosthenis ingenio et eruditione abhorreant, ut viri docti testimonium Dionysii, priore loco laudatum, secuti, quin prima Demosthenis adversus Philippum oratio Aristodemo praetore Ol. 107, 1. habita sit de mittendis militibus mercenariis et decem onerariis navibus in Macedoniam, non dubitarent. Quid obstat, quo minus verba Dionysii altero loco relata, quibus quintam (sextam) docet adversus Philippum orationem Theodemo praetore Ol. 106, 4. de tuendis insularum incolis et Hellesponti urbibus habitam, vera putemus. Causa nimirum, cur

*) Theodemi loco Eudemum habet Diodorus, Cfr. H. Clintonis Fasti Hell. p. 140., ubi nominantur:

Eudemus (Theodemus) Ol. 106, 4. A. Chr. n. 353.
Aristodemus Ol. 107, 1. A. Chr. n. 352.

**) Themistocles praetor fuit Ol. 108, 2. A. Chr. n. 347. Ibid. p. 148.

***) Imo quintam, quoniam Dion. quatuor orationes Philippicas nominavit, tum duas nominat, quarum alteram septimam dicit. Cfr. Jacobs. Staatsreden p. 111.

****) Ibid. p. 113.

Dionysio fidem non haberent, multis fuit, quod oratio, quamvis alio tempore alioque consilio habita, primae Philippicae tanquam vera et necessaria pars annexa fuit; quod virorum doctorum, qui hasce orationes ediderunt, curas longum per tempus avertisse videtur a Dionysii testimonio, quo supersedere se posse dicunt alii, quod et temporis ratio, et rerum sententiarumque ordo atque conjunctio in utraque orationis parte tam diligenter a Demosthene servata sint, ut una eaque perfecta oratio dici debeat. Quam sententiam Vir Celeb. Alb. Gerh. Beckerus, cujus magna de Demosthenis orationibus explicandis merita exstant, in libro supra laudato sumere magis, quam aptis argumentis probare conatus est. Laudat quidem diligentiam et fidem, qua in scribenda epistola et in adhibendis veterum criticorum testimoniis usus sit Dionysius, sed testimonium ejus rejicit, orationem verbis: *Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν.* incipientem, quam Ol. 108, 2. habitam dicit Dionysius, alienam ab hac altera primae Philippicae parte esse negans. Fuisse quidem orationem, quae de tuendis insulis etc. ageret, cujus idem initium esset atque alterius nostrae partis, sed ex primis ejus verbis non sequi, alteram partem nostrae Philippicae esse orationem illam a Dionysio nominatam, ille contendit. Quae opinio, si casui, vel rei fictae quam testimonio fidem adjungere praestaret, ad plures Demosthenis orationes a Dionysio commemoratas facile referri posset. Nonne Dionysius, tam diligenter recensens Demosthenis orationes, ne quis in errorem induceretur, duas orationes esse iisdem verbis incipientes, dixisset? Quam ob rem Dionysii testimonium, priorem nostrae orationis partem orationem singularem esse, quod temere rejectum, nunquam argumentis confutatum est, fide dignissimum habemus.

Sed non satis est, Dionysii testimonium probare. Comparandae sunt orationes, ut, utrum in altera inveniantur, quae contraria sint alteri, an utraque sit perpetua ac bene composita oratio, intelligatur.

Primum ad quam rem Demosthenes Athenienses adhortatus sit, quid ab iis ad salutem reipublicae fieri voluerit, paucis exponamus. Quum Philippus, Thessalorum copiis auxilio missis, Phocenses vicisset, compositis Thessalorum rebus, cum exercitu Pylas contendit, ut, Phocensium terra iterum subjecta, Graeciam ipsam occuparet. Quae res ei haud prospere cessit. Athenienses enim classe ad fauces illas missa transitu regem prohibuerunt, quo factum est, ut a proposito desisteret, exercitumque in Macedoniam reduceret. Quibus rebus factis, quum Demostheni jam dubium non esset, quin Philippus, bello cum Phocensibus confecto, Athenas profecturus, eamque urbem in potestatem suam redacturus esset, non solum omnia ejus consilia et expeditiones, sed etiam partium studium motusque civium largitionibus corruptorum observat, et, ut patria ab imminente dominatione defendatur, bellum summa vi parandum censet. Quum vero res militaris Atheniensium minus prudenter administrata in periculum adduceret civitatem, ne vel maximi apparatus belli vani essent, Demosthenes, nisi novam exercitus parandi bellique administrandi rationem secuti fuerint Athenienses, fore, negat, ut feliciter rem gerant.

Verba,*) quibus orationi praefatus est Demosthenes, etiamsi nihil continent, quo conjunctio partium probetur, vel quod ei contrarium sit, tamen singularem artem, qua auditorum animos ad rem jam olim actam audiendam apparare studet, paucis

*) a I ad XIV sectionem.

attingamus necesse est, ut, nihil vagi, nihil, quod omitti possit, dictum esse ab oratore, jam inde a principio orationis perspiciatur.

Pestis ac pernicies reipublicae Atheniensium erat non parvus numerus hominum, qui ingenio, eloquentia, opibus florentes, et blandis verbis et donis Philippi capti, partes ejus studiose sequebantur. Quorum consilia, quum jam saepe fallacia et periculosa fuissent reipublicae, cives suos monet orator, ut, quae saluti reipublicae opus sint, nunc audiant. Primum non desperandum; calamitatem enim, qua nunc afflicta sit respublica, maximo emolumento futuram esse; coacturam illam Athenienses, ut, quum meliorem conditionem sperare non possent, si, quamvis bene administrata republica, res eodem loco essent, quaecunque respublica postulet, faciant. Tum, in memoriam revocatis rebus gestis, quibus, dominantibus Lacedaemoniis, et reipublicae, et toti Graeciae profuissent Athenienses, nihil timendum esse, docet, suas res diligenter tuentibus, negligentibus omnia desperata fore. Cujus rei testimonium esse victoriam tum ab Atheniensibus reportatam, et praesentem regis superbiam.*) Quodsi non desint, qui propter auctas regis, diminutas Atheniensium opes, bellum cum eo gerendum difficillimum putent, eosdem ipsos, parvas olim regis, integras Atheniensium opes intuentes, eum tum non cunctando, sed fortiter agendo has tantas paravisse copias, facile esse intellecturos. Videre illum circumjacentes colonias tanquam praemia fortibus proposita; bona autem absentium praesentibus, possessiones inertium fortiter pugnantibus contingere.**) Regem hanc rationem secutum, omnes colonias vel jure belli in potestatem suam redegisse, vel societate sibi adjunxisse; quemlibet enim adjungere sese cupere iis, quos promptos et paratos videat facere, quaecunque opus sint. Jam vero Athenienses, si inde ab hoc tempore, eodem animo, depositis simultatibus, pro sua quisque facultate, aliorum voluntati non obnoxii, reipublicae prodesse studuissent, tum sane, quae socordia amissa sint, recuperaturos regemque punituros. An credi posse, fore, ut eadem ille fortuna semper utatur? Odisse eum multos, timere, ei invidere et ipsos, quos conjunctissimos sibi, quos socios putet. Ejus in potestatem venisse quidem omnes illas regiones, quoniam nullam ad Athenienses propter tarditatem et cunctationem perfugium habuissent; sed haec vitanda. Nam Philippum neque agendi, neque quiescendi potestatem concedentem Atheniensibus tantum in audacia processisse, ut superbiret, sibique temperare non posset, quominus aliena sibi arrogaret, undique Athenienses obsidione includeret.***) Tum graviter eos admonet Demosthenes, ne tempus ultimae necessitatis exspectent, ut, quae opus sint, faciant; majorem turpitudine liberis viris necessitatem non esse; nec novarum rerum cupidos inanique mortis Philippi spe exsultantes ullum ex ejus morte fructum capturos, alterum enim Philippum ex ipsorum ignavia proditurum.****)

In hoc prooemio majorem in dicendo artem, an simplicitatem prodiderit Demosthenes, dubitari potest. Quam moderate alloquitur Athenienses, ne multis cladibus propter intermissum belli apparatum fracti, de salute sua desperent; quam prudenter gloriae cupiditatem, cui maxime indulgebant, incendit, in memoriam revocans res praeclare gestas in bello cum Lacedaemoniis ad salutem ceterarum civitatum suscepto! Quum vero crescentem in dies Philippi potestatem viderent, animum abjicerent, necesse erat, nisi orator, commemorandis parvis olim regis,

*) sect. II—IV. **) sect. V. ***) sect. VI—IX. ****) sect. X—XIII.

magnis eodem tempore ipsorum opibus, in spem eos adduceret, fore, ut iisdem, quibus Philippus, rebus, animo, constantia, et vigilantia, amissas tot colonias, quibus ut praemiis victoriae potitus sit, recuperarent. Timentibus Atheniensibus, ut, paratis omnibus rebus, fortunae regis resistere possent, vicissitudinem fortunae, multorum invidiam, timorem sociorum ostendit; indignationem accendit, ante oculos proponens intolerabilem arrogantiam et minas regis ad obsidionem Athenarum progressuri. Quid denique Athenienses, necessitatem aliquam, vel Philippi mortem exspectantes, magis commovere potuit, quam turpitudinis accusatio, quam spei vanae ludibrium!

Quod caput sit hujusce orationis, ab oratore more suo in extremo exordio dictum est. Postquam multa, quae Atheniensium culpa desiderabantur, exposuit, desperantesque civium animos confirmavit, sectione XV eum optime consulturum esse reipublicae, contendit, ὃς ἂν δείξῃ τίς ποϱισθεῖσα παϱασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται, ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον, ἢ πεϱιγιγνώμεθα τῶν ἐχθϱῶν. Iisdem fere verbis XX sectione utitur: ἔσται δ᾽αὕτη τίς ἡ δύναμις καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τϱοφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ᾽ ἐθελήσετε ποιεῖν; ἐγὼ φϱάσω καθ᾽ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωϱίς. Tria igitur postulat orator, ut bellum fortiter ac feliciter geratur. Primum qualis esse debeat apparatus, tum quot milites et naves comparandi, deinde unde exercitus sustentandus, classis paranda sit, quaerit. Hanc mentem oratoris esse, accurata verborum interpretatio docet.*) Pronomen τίς est qualis, spectans universum belli apparatum, qui complectitur equites, pedites, naves, sive genera apparatus bellici; πόση numerum militum, navium ceterarumque rerum indicat; πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται — respicit eas res, quibus opus est ad copias alendas et naves conservandas. Haec singula ab oratore a XVI ad XXX sectionem ita exposita sunt, ut nulla res major deficiat. Belli apparatum Demosthenes sectionibus XVI. XXI. XXII. ita describit, ut non solum militum et navium numerum indicet, sed etiam causas afferat, cur majorem multitudinem non postulet. Classem ex quinquaginta triremibus, incerto navium numero equitibus vehendis parato, et decem navibus velocibus, constare, totumque exercitum duorum millium esse vult, quorum quingenti sint cives. Majores copias non esse parandas, quod, deficiente pecunia et commeatu, primo tempore praedatorum more excursiones facere in hostium terram (ληστεύειν),**) quam bellum gerere magis conveniat. Quum maximae curae sit Demostheni exercitus comparandi ratio, priusquam de pecunia et commeatu agit, expositis multis mercenarii exercitus culpa acceptis cladibus, hortatur cives, ut, majorum exemplo, ex suis numerum idoneum mercenariis adjunctum ad bellum mittant, neve duces abesse a bello, domi sedere et sacris itineribus vacare patiantur. Tum, quanta et quomodo conferenda sit pecunia in exercitum et classem eroganda, quod est tertium, sectionibus XXVIII et XXIX exponit. De qua re non universe loquitur Demosthenes, sed rationem init de stipendio singulis militibus solvendo et de sumptibus in naves faciendis. Sed ne quis credat, Demosthenis consilium irritum fore propterea, quod haec pecunia, non nisi militibus alendis sufficiens, non satis futura sit ad reliquum belli apparatum, civibus, quae bello usui sint, bello exercitum, et Graecis et sociis incolumibus, sibi paraturum, persuadet. Quod ut re magis quam verbis

*) Cfr. I. H. Bremi in edit. oratt. sel. Demosth. p. 122. **) sect. XXIII.

confirmet, ipse ad bellum se profecturum, omnia belli incommoda laturum, promittit, quo ille ad civium animos incitandos et confirmandos nihil aptius dicere potuit.

Restat, ut ad quaestiones aliquas respondeam, quibus Alb. Gerh. Beckerus p. 269. libri sui has duas orationes unum corpus conficere, constanti sententiarum rerumque ordine conjunctissimum, demonstrare conatus est. Cujus ex sententia Demosthenes in priore parte, quo classis illa, quo exercitus mittendus, ubi haec reipublicae praesidia futura essent, non exposuit. Quod ut ita sit, tantum abest, ut oratoris officio, quod non est ducis, non defuisse mihi videatur. Constituto sectione XVI navium numero, sectionibus XVII et XVIII diserte dicit, hac classe opus esse contra subitas regis eruptiones in Pylas, et Chersonesum, et Olynthum, et in quascunque regiones irrumpere ille conetur. Num, Athenienses bellum suscepturos, de re quotidie in rostris acta verbosius dicere oratorem, voluisse credibile est, qui omnibus in orationibus sententiarum gravitate, verborum ponderibus utatur, nunquam inani verborum volubilitati indulgeat, qua plerique nostri temporis oratores audientes defatigant? Quid, quum in priore oratione cives ad bellum ire velit, quos omnibus rebus providere oporteat, quumque, multis mensibus ante, ignotis belli casibus, non modo orator, sed ne dux quidem peritissimus certi quidquam de ejusmodi rebus dicere possit, oratorem, conjectura facta, ante bellum susceptum, de consiliis ducibus capiendis, de stationibus occupandis, de navibus hiberno tempore constituendis eam ob rem disputare volumus, quod in sequenti oratione sect. XXXII. loca nominata sunt, ubi naves in statione habendae, quum, quod Virum Celeb. fugisse videtur, de commeatu advehendo, in quo omnia vertuntur, ut de re futura, satis distincte dicat Demosthenes sect. XXIX: *εἰ δέ τις οἴεται μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς, ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προςποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστε ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ.* De ultima V. C. quaestione: num profuturus sit civibus tantus belli navalis apparatus, non est, quod dicam, quum sectionibus IV — XIII consilia regis de opprimendis Atheniensibus, et pericula civitatis satis perspicue exposuerit; ea vero, quae hodie desiderari in hac re credant, non eadem ab Atheniensibus, qui multorum orationibus, per nuncios, et colonos, regni regis finitimos, per nautas et mercatores quotidie de regis voluntate certiores fiebant, desiderata credendum. Equidem oratorem, quo latius et verbosius disputaverit, eo magis taedium civibus, non regis alicujus jussu, sed sua voluntate congregatis paraturum, eoque magis sententiarum vim, quae ad bellum parandum maxime pertinebant, comminuturum fuisse, credo.

Quum et e Dionysii Halic. testimonio, et e perpetuitate et constantia orationis, caput ab initio ad XXX sectionem pertinens non particulam orationis, sed integram orationem esse, satis perspicuum sit, cujus orationis finem faciat Demosthenes gravi, qua uti solent oratores ad commovendos auditorum animos, sententia: *ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ.* — plura afferre argumenta, supervacaneum videri possit; sed ut etiam cognoscatur, alteram quam dicunt partem non sejunctas a priore sententias, sed alienas continere nulloque modo conjungendas, pauca adjiciam.

Sectione XLIII legimus: *θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ μηδεὶς ὑμῶν μήτ' ἐνθυμεῖται μήτε ὀργίζεται, ὁρῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην*

περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς ῾υπὸ Φιλίππου. Quo loco non de instanti, sed de suscepto, vel mox finiendo bello loquitur Demosthenes, quod pugnat cum sectione IV et toto exordio, ubi nihil jam ortum, vel mox finiendum, omnia vero imminens bellum indicant; quod impedimentum satis grave, sicut pugnantia prima posterioris suae partis verba V. Celeb. non respexit. Hoc argumentum majorem vim nansciscitur verbis sectionis L, quae regem hostem Atheniensium, eorumque regiones occupantem, superbientem longo tempore, eundemque, quae sibi auxilio futura speraverint, infesta reddidisse, declarant; quae res, posteriores hac priore oratione, non de immenenti, quod Demosthenes indicare vult, sed de orto longe ante bello intelligi possunt.*)

Comparanti mihi sententiam sectione XXXIII expressam cum verbis sectionis XXIII non de eodem exercitu loqui videtur orator; nam hoc loco, cur tam exiguum exercitum parari velit, causas affert, illo vero majorem apparatum, exercitum indicat, quem *ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν* apellat, qualem, quum incertas, nec satis conjunctas proferre sententias oderit, nisi commemorata illa copiarum exiguitate, qua civium onus levaretur, nominare non potuisset.

Non minus pugnare videntur cum Demosthenis loquendi ratione quae legimus sectione XIX et XXX. Priore loco vanitatem Atheniensium castigat, qui in concionibus res magnas decreverant, literisque ad duces missis magna subsidia promiserant, quae, deridens inania civium consilia, literis consignatas copias — *ἐπιστολιμαίους δυνάμεις* —nominat. De eadem re paulo post, sectione XXX, loqui faciunt oratorem verborum parcissimum ii, qui conjungere has orationes cupiunt. Nam etsi non iisdem verbis utitur: *ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις* — tamen eandem rem significat; siquidem epistolae mittebantur vel ad milites mercenarios arcessendos, vel ad subsidia ducibus promittenda.**) Qua re nec praestantissimo oratoris ingenio, quod non repetitis, sed novis sententiis argumentisque cernitur, nec Atheniensium ingenio, ad eas res perspiciendas sagacissimo, honorem habent.

Denique de discrepantia dicam necesse est, quae in extrema utraque oratione, priore, sectione XXIX, posteriore, sectione LI invenitur. Quid gravius, quid oratoris et animo et ingenio dignius his, quibus Demosthenes dicendi finem facit, verbis, inveniri potest! Explicatis apertissime et planissime rationibus, quibus cives et ad bellum parandum, et ad imminentem regis callidissimi dominationem refringendam adducere conatur, qua in re, num sententiarum gravitatem, an dicendi brevitatem magis admiremur, incerti sumus, gravissimo, quo orator uti potest, argumento utitur: *ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ᾽ οὕτως ἔχῃ.* — Quae sententia, ut aptissima est ad bonorum animos commovendos malorumque consilia tollenda, ita prudentissime ab oratore excogitata, ut, dicendi finem facturus, auditores erectos confirmatosque dimittat. At quis ultima sectionis LI ad prioris orationis ultima verba accommodata esse dicat? Hoc loco perorare videmus oratorem fortem ac strenuum, qui prospero belli eventu fretus, fiduciae plenus, omnia se, nisi res ita sit, et rationis propositae, et belli pericula subiturum promittit; at vero in extrema posteriore oratione, excusantis ac parum fidentis instar, qui multis calamitatibus civitatis ipse fractus, civium animos, invitus erigere

*) Cfr. Jacobs. p. 116. seqq. **) Cfr. Jacobs. p. 159.

conatur, qui, quod alienissimum est sectioni XXIX, scrire cupit, num sibi profuturum sit consilium, quod tum laetiore animo dicturus sit. Incertus ipse, demissus animo, desperans, consilium civibus datum sibi profuturum esse, vix animum vicisse videtur, ut libere dicat de republica; contra ex singulis prioris orationis sententiis ad finem usque oratorem magno animo, liberum, fiduciae plenum, audacem fuisse satis apparet, ut, nisi contrariis his eodem tempore animi motibus oratorem agitatum fingere placeat, has duas orationes unam, eodem tempore, de eadem re habitam orationem credi non possit.

Jahresbericht.

Lehrverfassung. Die im vorjährigen Programm zur Kenntniß gebrachte Berücksichtigung derjenigen Schüler, welche vom Griechischen Unterrichte dispensirt sind, hat wiederum aufgehört, theils weil die Zahl dieser Schüler sich jetzt vermindert hat, theils weil die wenigsten die ihnen dargebotene Gelegenheit, in andern Theilen des Wissens ihren Klassengenossen vorauszueilen, mit Eifer benutzten, theils endlich, weil jene Berücksichtigung manche mögliche Verbesserungen in der Lage und Zutheilung der Lehrstunden vielfach hemmte. Auch ist der Unterzeichnete durch zahlreiche Erfahrungen zu der Ueberzeugung gekommen, daß in den seltensten Fällen diese Dispensation rathsam, nöthig und nützlich sei. In der gutachtlichen Aeußerung, die ihm bei diesen Gesuchen zusteht, wird er künftig nur in den Fällen seine Zustimmung geben, in welchen er den Supplikanten als einen „schwachen Kopf" bezeichnen kann. Fähigen oder trägen Schülern diese Erleichterung zu bevorworten, wird er künftig Anstand nehmen. Wahrscheinlich verfahren andre Directoren längst ebenso.

Die Leibesübungen sind auch in diesem Jahre unter der Leitung des Oberlehrers Dr. Bensemann fortgesetzt worden. Für diese uneigennützige Bemühung, so wie für seine thätige Beaufsichtigung solcher Schüler, welche allein wohnen und seiner besondern Obhut übergeben sind, ist demselben von der vorgesetzten Behörde zu wiederholten Malen Anerkennung und Dank ausgesprochen worden.

Frequenz. Zu Neujahr 1835 besuchten unsern Unterricht 183 Schüler, nämlich in Prima 27, in Secunda 23, in Tertia 33, in Quarta 39, in Quinta 26, in Sexta 35. Zu Johannis waren es nur 179, nämlich in I. 22, in II. 27, in III. 31, in IV. 37, in V. 32, in VI. 30. Jetzt in der Mitte des Oktobers haben wir den Winter-Cursus mit 187 Schülern begonnen, nämlich in I. mit 23, in II. mit 31, in III. mit 32, in IV. mit 37, in V. mit 37, in VI. mit 27. Unter diesen sind 87, deren Eltern nicht hier in der Stadt wohnen.

Abiturienten. Zu Michaelis 1834 fand keine Abiturienten-Prüfung Statt. Aber gegen Ostern 1835 erhielten folgende zehn Primaner von der verordneten hiesigen Prüfungs-Commission, welcher der Herr Regierungs-Schul-Rath Ulrich, als Königlicher Commissarius präsidirt, das Zeugniß der Reife, nämlich:

1. Naumann, Sohn des Just.-Rath Naumann in Cöslin, 18½ Jahr alt, 9½ Jahr auf dem Gymnasio, 2 Jahr in Prima, will in Berlin Jura studiren.
2. Bucher, Sohn des Prof. Bucher hier, 17½ Jahr alt, 9 Jahr auf dem Gymnasio, 2 Jahr in Prima, in Berlin Jura.
3. Benicke, Sohn des zu A. Stettin verstorbenen Ob.-L.-Ger.-Raths Benicke, 18½ Jahr alt, 5 Jahr hier, 2 Jahr in Prima. Theologie in Berlin.
4. Keiper, Sohn des Superint. Keiper zu Cörlin, 21½ Jahr alt, 5 Jahr hier, 2 Jahr in Prima. Theologie in Berlin.
5. Möllhausen, Sohn des Zeichnenlehrers Möllhausen in Königsberg, 20½ Jahr alt, 2 Jahr hier und in Prima. Jura in Bonn.
6. Euen, Sohn des Auditeur Euen aus Cöslin, 19 Jahr alt, 5 Jahr hier, 2 Jahr in Prima. Theologie in Berlin.
7. Palis 2., Sohn des Pred. Palis zu Zettin, 19½ Jahr alt, 5½ Jahr hier, 2½ Jahr in Prima. In Berlin Theologie.

8. Deetz, Sohn des verst. Justizbeamten Deetz in Neu-Brandenburg, 18¼ Jahr alt, vor 2 Jahren nach Prima aufgenommen. Medizin in Greifswald.
9. Horn, Sohn des Kochs Horn in Zezenow, 20¼ Jahr alt, 8 Jahr hier, 2 Jahr in Prima. Theologie in Berlin.
10. Palis 3., Sohn des Pred. Palis, 17 Jahr alt, 5½ Jahr hier, 2 Jahr in Prima. Theologie in Berlin.

Gegen Michaelis 1835 erwarben sich zwei Primaner das Zeugniß der Reife, nämlich:

1. Albert Zöller, Sohn des verstorbenen Regier.-Haupt-Cassirers Zöller zu Cöslin, 18½ Jahr alt, 7 Jahr im Gymnasio, 2 Jahr in Prima.
2. Ludwig Alexander Weise, Sohn des pens. Bataillons-Arztes Weise zu Cöslin, 22 Jahr alt, 10 Jahr im Gymnasio, 2 Jahr in Prima.

Sie werden in Berlin Theologie studiren.

Verfügungen der Behörden. Von der Menge der seit Michaelis vorigen Jahres eingegangenen Erlassen der hohen Behörden eignet sich zu einer Erwähnung an dieser Stelle nur die vom 19ten Januar 1835. Sie betrifft den Mathematischen Unterricht und setzt fest, daß die Lehre von den Kegelschnitten und die sphärische Trigonometrie vom Gymnasial-Cursus ausgeschlossen bleiben soll, damit es möglich werde, die Uebungen und Anwendungen des so beschränkten Unterrichts zu vervielfältigen und den Schülern durch die vielseitigste Betrachtung derselben Lehren zu einer größern Sicherheit in der Mathematik und zu einem desto intensivern Wissen zu verhelfen. In Folge desselben Rescripts ist auch bei uns in Prima der Cursus für diese Wissenschaft nur auf ein Jahr ausgedehnt worden, in welcher Zeit Stereometrie und ebene Trigonometrie abwechseln.

Chronik. Das Winterhalbjahr ging ruhig und still, und ohne besondere Ereignisse vorüber. Nur litt der Herr Collaborator Rapsilber an einer sehr bedenklichen Augenkrankheit so lange, daß er Monate lang keinen Unterricht ertheilen konnte. Sehr erfreulich für unsre Lehranstalt war es demnach, daß der Schulamts-Candidat Herr Bauer sich ein Vierteljahr hier aufhielt und dem Lehrer-Collegio die Stellvertretung für den kranken Herrn Rapsilber durch Uebernahme des Deutschen Unterrichts in Tertia und des Lateinischen in Sexta bedeutend erleichterte. Wir sagen ihm dafür hier öffentlich Dank.

Am 30sten März feierten wir die öffentliche Entlassung der 10 in der Abgangs-Prüfung bestandenen Primaner vor einer ansehnlichen Versammlung aus den gebildeten Ständen der hiesigen Einwohner.

Am 30sten Mai beging der größere Theil des Lehrer-Collegiums mit den confirmirten Schülern des Gymnasii die heil. Abendmalsfeier, wozu der Religionslehrer, Herr Dr. Grieben die Vorbereitungsrede gehalten hatte.

Am 8ten Juli hatten wir die Freude, den Hochwürdigsten Herrn Bischoff und General-Superintendenten von Pommern, Dr. Ritschl bei seiner eiligen Durchreise durch Cöslin auch im Gymnasio zu sehen. Derselbe hörte den Vortrag unsres Religionslehrers in der combinirten ersten Religionsklasse und knüpfte an die von diesem behandelte Bibelstelle eine Anrede an diese Schüler der beiden obersten Klassen, welche ebenso durch das Gewicht ihres Inhalts, als durch den herzlichen Ton des Vortrags in diese jungen Gemüther tief eindringen mußte.

Unsre Sommerferien endigten diesmal mit dem 2ten August. Hierdurch ward es

uns möglich, gleich den ersten Tag der Wiedervereinigung unsers Cötus zur Feier des Festes zu bestimmen, an welchem alle braven Preußischen Unterthanen sich doppelt lebhaft des Glückes freuen, daß der weise, gerechte und gnädige König **Friedrich Wilhelm III.** ihr Herrscher ist. Um 10 Uhr sammelten sich Lehrer und Schüler. Festgesänge ertönten. Darauf sprach der Director Müller in Lateinischer Rede und der Dr. Grieben in der Muttersprache über die Gesinnungen, mit welchen dieser hohe Festtag unsre Jugend erfüllen müsse. Je geringer die Zahl der gebildeten Familien sein mochte, welche an diesem Tage nicht auswärts waren, desto aufrichtiger danken wir den Herren und Damen, welche unsre patriotische Feier durch ihre Gegenwart verherrlichten.

Am 25sten und 26sten September fand die öffentliche Prüfung Statt. Am ersten Tag schloß sich an die Prüfung von Prima der Valedictions-Actus und die Entlassung der Abiturienten durch den Director. Diese Feier wurde uns vornemlich dadurch erhöhet, daß es dem Herrn Regierungs-Chef-Präsidenten Fritsche möglich geworden war, uns durch seine Gegenwart einen Beweis seiner Aufmerksamkeit auf unser Wirken und seines hohen Wohlwollens an den Tag zu legen. Die Klage, daß so wenig Eltern es der Mühe werth achten, diesen öffentlichen Prüfungen beizuwohnen, scheint nicht blos in unsrer Stadt begründet zu sein. Möchten sich doch die Ansichten, welche hierbei zum Grunde liegen, recht bald ändern!

In der Woche vom 5ten bis zum 10ten Oktober fanden die Translocations-Prüfungen Statt. Hierbei überraschte uns zu unsrer großen Freude der auf kurze Zeit hier anwesende Ober-Präsident von Pommern, Herr von Bonin. In seiner Gegenwart prüften außer dem Director noch die mit dem Unterricht in der vorstehenden Klasse beauftragten Lehrer. Nach dem Verlauf von zwei Stunden geruheten der Herr Ober-Präsident die übrigen Klassen zu besuchen und die Bibliothek, die Physikalischen Instrumente und den Zeichnensaal in Augenschein zu nehmen.

Privat-Unterricht. Auch in diesem Herbste bietet der zu diesem Zwecke hier anwesende Tanzlehrer Küsel wieder Gelegenheit dar, privatim das Tanzen zu erlernen. Die früher gemachten Erfahrungen haben aber den Director bewogen, Folgendes festzusetzen:

1. Jeder Gymnasiast, dessen Eltern auswärts leben, hat, bevor er daran Theil nehmen kann, dem Director einen Erlaubnißschein seines Vaters vorzulegen.
2. Kein Gymnasiast darf öftrer als zweimal in einer Woche, und jedesmal nicht länger als zwei Stunden, diesen Unterricht haben.
3. Keiner darf später als bis acht Uhr des Abends daran Theil nehmen.
4. Von den sogenannten großen Tanzstunden oder allgemeinen Tanz-Proben sollen die Gymnasiasten ganz zurückbleiben. Ob sie an dem Schluß-Balle Antheil nehmen sollen, bleibt ihren Eltern überlassen.

Eine Uebertretung dieser Vorschriften wird jedenfalls mit Entfernung aus unsrer Lehranstalt bestraft werden.

Geschenke. Das Hohe Königliche Ministerium hat in diesem Jahre dem hiesigen Gymnasio sein besondres Wohlwollen zu erkennen gegeben, nicht blos durch Zusendung einer Anzahl werthvoller neuer Schriften, sondern auch insbesondere durch ein Exemplar von den Reinhardtschen Gyps-Abgüssen der geschnittenen Steine des Königl. Museums in Berlin, und durch eine Simonysche Gypsbüste Melanchthon's.

Ebenso haben uns in diesem Jahre edeldenkende und uneigennützige Privatpersonen durch höchst ansehnliche Beiträge zu unsrer Gymnasial-Bibliothek große Freude gemacht.

1. Der würdige und sehr verdiente Prediger, Herr Schuzius zu Petershagen überschickte kostenfrei zwei Kisten mit Büchern. Es fanden sich darin 37 Geschichtswerke in 72 Bänden.
2. Herr Archidiaconus Dr. Starcke zu Colberg übersandte wiederum einige kleinere, nicht werthlose Bücher.
3. Herr Ober-Landes-Gerichts-Rath von Zschock in Cöslin schenkte ein vollständiges Exemplar der Pommerschen Jahrbücher von Haken.
4. Der Kaufmann Herr Friedländer hierselbst überschickte aus dem Nachlasse seines verstorbenen Schwiegervaters die Züllichauer Original-Bibel, Buxtorfi Concordantiae, Jost's Geschichte der Israeliten u. s. w.
5. Der ehrwürdige und hochverdiente Herr Superintendent Ritter ꝛc. Leistikow zu Schwellin, ein vieljähriger Gönner unsrer neuen Lehranstalt, von welchem wir schon oft Beweise uneigennützigen Wohlwollens erhalten hatten, schickte der Bibliothek eine Sammlung von mehr als 80 Büchern, worunter insbesondre 52 Theile der in Halle herausgegebenen Uebersetzung der Allgemeinen Welthistorie.
6. Der Herr Landschafts-Director von Below auf Reddenthin übersandte neun Bände der Leipziger Ausgabe von Luther's Werken in Folio.

Für diese reichlichen Gaben gebührt Ihnen Allen herzliche Anerkennung und inniger Dank. Ihre Thaten widerlegen die Stimmen derer, welche der Denkart unsrer Zeit die Pietät absprechen, durch die unsre Vorfahren sich gedrungen fühlten, für öffentliche und gemeinnützige Anstalten Geschenke und Vermächtnisse zu bestimmen.

Unterstützungs-Verein. Während dieser vom Scholarchat verwaltete Verein, dessen wohlthätige Gaben in Ermangelung von Stiftungen, deren sich ältere Anstalten erfreuen, bestimmt sind, bedürftigen Eltern die Sorgen für ihre Söhne etwas zu erleichtern, durch den Tod und aus andern Ursachen wieder manche Mitglieder verloren hat, sind ihm, insbesondre auf Verwendung des Herrn Regier.-Schul-Raths Ulrich, hierselbst mehrere neue Mitglieder beigetreten. Die Liste für das nächste Jahr ist folgende:

	rtlr.	sgr.
Wegener, Superintendent in Belgard	1	—
Gäde, Magazin-Rendant ebds.	2	—
Stuhr, Lehrer ebds.	1	—
Schmidt, Prediger in Arnhausen	2	—
Wachs, Lieutenant in kl. Rambin	1	—
v. Kleist, Landrath in Kiekow	2	—
Guse, Gutsbesitzer in Narfin	1	—
Flemming, do. in Schinz	1	—
Schmieden, do. in Latzig	1	—
v. Knebel, Landrath in Sarranzig	2	—
Derselbe, gesammelte Beiträge auf unbestimmte Zeit	3	15
v. Wolde, Obristlieut. in Wusterwitz	2	—
v. Hövel, Gutsbesitzer in Denzig	1	—
Fischer, Oberprediger in Callies	1	—
Causse, Prediger in Balster	1	—
Dossow, Oberförster in Linichen	1	—
Braunschweig, Fräulein, in Cöslin	5	—
v. Böhn, O.-L.-G.-Rath ebds.	2	—
Braun, Ober-Reg.-Rath ebds.	5	—
Borchardt, Kaufmann ebds.	1	—
Boikenhagen, do. ebds.	1	—
Fritsche, Reg.-Chef-Präsident ebds.	5	—
Goltdammer, Land- und Stadtger.-Director ebds.	2	—
Hentsch, Justizrath ebds.	1	—
Hildebrand, Justiz-Comm. ebds.	2	—
Henning, Seminar-Direct. ebds.	2	—
Hendeß, Buchhändler ebds.	2	—
(Derselbe jährlich für 8 Rtlr. Schulbücher.)		
Homann, Gastwirth ebds.	2	—
Heintz, Reg.-Sekretair ebds.	1	—
Heineccius, O.-L.-G.-Assessor ebds.	2	—

	rtlr.	sgr.
Hendeß, O.-L.-G.-Rath in Cöslin.	2	—
Köhne, Geh. Justizrath ebds.	1	—
Kirschstein, Rendant ebds.	1	—
Krokisius, Kanzlei-Director ebds.	1	—
v. Kotze, Reg.-Rath ebds.	2	—
Leistikow, Prediger ebds.	1	—
Lorenz, Justiz-Comm. ebds.	1	—
Mahlendorff, Dr. ebds.	1	—
Messerschmidt, Justizrath ebds.	2	—
Müller, Prediger ebds.	2	—
Minzlaff, Apotheker ebds.	1	—
v. Motz, Forstmeister ebds.	2	—
Naumann, Justizrath ebds.	4	—
Naatz, Oberprediger ebds.	3	—
Nünnecke, Baurath ebds.	2	—
Preußendorff, Hauptmann ebds.	2	—
Pietsch, Reg.-Mediz.-Rath ebds.	2	—
Perrin, Apotheker ebds.	2	—
v. Stülpnagel, Major	5	—
v. Stojenthin, Obristlieut. ebds.	6	—
Teßmar, Justiz-Comm. ebds.	2	—
Ulrich, Reg.-Schulrath ebds.	2	—
F. J. Vogel, Kaufmann ebds.	2	—
v. Zschock, O.-L.-G.-Rath ebds.	2	—
v. Gerlach, Landrath in Parsow	3	—
v. Podewils, Obrist in Koseeger	3	—
v. Ledebur, General-Major in Colberg	1	—
Gölkel, Kaufmann ebds.	2	—
Julius, Hofapotheker ebds.	4	—
Schweder, Rendant ebds.	1	—
Dr. Starcke, Prediger	—	15
Senff, Bergrath ebds.	1	—
Devantier, Kaufmann ebds.	—	15
Klewitz, Dr., Reg.-Arzt ebds.	—	20
Prey, Kaufmann ebds.	—	15
Prey, Dr.	1	—
Dr. Zechlin, Prediger in Lassehn	3	—
Ziebell, do. in Schulzenhagen	1	—
Völker, do. in Sohrenbohm	1	—
Schulze, Prediger in Bast	1	—
Beutner, do. in gr. Möllen	1	—
Steinbrück, do. in Seeger	1	—
Morgen, do. in Konikow	1	—
Bernhardi, do. in Strippow	1	—
Dennert, do. in gr. Streitz	1	—
Brenning, do. in Goldbeck	2	—
Lehmann, do. in Curow	2	—
Schuzius, do. in Petershagen	1	—
Döhling, do. in gr. Jannewitz	1	—
Winkelmann, do. in Buckowin	—	10
Schwarze, do. in Labuhn	—	15
Pohl, do. in Bresin	1	—
Blaurock, do. in Dzincelitz	—	15
Thomasius, do. in Saulin	—	15
v. Rexin, Major in Wodtke	1	—
Zuther, Prediger in Gnewin	1	—
Kumpfert, Bat.-Arzt in Bütow	2	—
v. Puttkammer, Frau Hauptmännin in Reddis	1	—
Palis, Prediger in Zettin	1	—
Thomas, Dr. u. Kreis-Phys. in Schlawe	2	—
Todt, Prediger in Dünnow	1	—
v. Kleist, Lndschfts.-Dep. in W. Tychow	1	—
Gadow, Oberförster in Neu Krakau	1	—
Wedow, Amtmann in Lindow	2	—
Krasling, Prediger in W. Tychow	1	—
Stüwe, Küster in Rügenwalde	1	—
Hube, Prediger in Alt Kuddezow	1	—
Plath, Oberlehrer in Zanow	—	10
Arndt, Kondukteur ebds.	1	—
Höppner, Geh. Justizrath in Stolp	5	—
Grunau, Kaufmann ebds.	1	—
Stryck, do. ebds.	2	—
Geßler, do. ebds.	1	—
Siewert et Küster, Kaufleute ebds.	1	—
Fischer, Prediger in Simbow	1	—
Jensen, do. in gr. Brüskow	1	—
Edelbüttel, do. in Schmolsin	1	—

Diese durch die gütigen Bemühungen der Herren Superintendenten und Landräthe alljährlich eingezogenen Beiträge hat das Scholarchat des Gymnasii zeither in 12 Summen von 20 und 15 Thalern an solche Schüler der drei obern Klassen vertheilt, welche das Zeugniß der Würdigkeit erhalten konnten und deren Eltern in einer solchen Lage waren, daß für sie eine solche Zubuße zu den nothwendigen Ausgaben für ihre Söhne einen

großen Werth hatte. Hiermit wird so lange fortgefahren werden, als die christliche Milde edler Menschenfreunde uns dergleichen Gaben der Liebe anvertraut. Uebrigens wird die Berechnung über Einnahme und Ausgabe mit allen Belägen dem Königlichen Consistorium und Schul-Collegium der Provinz Pommern zur Revision und Abnahme alljährlich vorgelegt.

Revision. Schon waren diese Nachrichten dem Druck übergeben, da traf am 24sten Oktober dieses Jahres unser verehrter Herr Consistorial-Rath Dr. Koch hier ein, um eine neue Revision des Gymnasii zu veranstalten. Diesem Geschäft hat sich dieser um Pommerns Schulwesen hochverdiente Mann bis zum 31sten Oktober mit gewohnter unermüdeter Thätigkeit gewidmet. Nach seinen vorläufigen Aeußerungen in den Conferenzen mit dem Hochlöblichen Scholarchat und mit dem Lehrer-Collegio haben besonders die obern Klassen durch Fleiß und Fortschritte, durch ihren guten Geist und ihr sittliches Verhalten seine Zufriedenheit erworben, während in den untern Klassen Manches zu wünschen übrig blieb. Noch während seiner Anwesenheit erhielt derselbe das Rescript des Königl. Hohen Ministerii der Geistlichen-Unterrichts- und Medizinal-Angelegenheiten, durch welches, auf den Antrag des Hochwürdigen Consistorii und Prov. Schul-Collegii von Pommern bei dem hiesigen Gymnasio eine neue Lehrstelle für die obern Klassen gegründet, und dem Oberlehrer Herrn Dr. Hennicke übertragen wurde. Zugleich traf der Letztere selbst hier ein. Diese neue Gnade der hohen und höchsten Behörden erfüllte uns mit großer Freude. Nunmehr ward es möglich, den Lehrplan, der zeither nur mit Mühe seine Lücken verdeckte, zu vervollständigen, die einzelnen Klassen auf die zweckmäßigste Weise zu besetzen und den Herren Lehrern die Zahl ihrer Correcturen zu vermindern. Die neue Lectionsvertheilung wurde von dem Königl. Herrn Commissarius angeordnet und ist aus den angehängten Tabellen näher zu ersehen. Am 31sten Oktober versammelte der Herr Consistorial-Rath das Scholarchat des Gymnasii und das Lehrer-Collegium nebst dem Cötus der Schüler, und vollzog die feierliche Einführung und Vereidung des Herrn Dr. Hennicke. Nach Beendigung dieses Actus machte der Director die neue Lections-Ordnung bekannt, nach welcher der Unterricht am 2ten November beginnen wird. Heute reiste der Königl. Commissarius, von unsern besten Wünschen begleitet, wieder ab. Gewiß! wir werden nicht aufhören, den Herrn des Himmels und der Erde zu bitten, daß er ihn segne und seine Lebenstage bei ungeschwächter Kraft noch reichlich verlängere.

Cöslin, den 1sten November 1835.

Müller.

Lections = Ordnung

in dem Schuljahre

Michaelis 1835 bis Michaelis 1836.

Tag	Stunde	Prima		Secunda		Tertia	
Montag.	8.	Grieben	Glaubensl. u. Ascetik.		mit I.	Bensemann	Arithmetik
	9.	Hennicke	Homeri Ilias	Bensemann	Arithmetik	Grieben	Odyssea
	10.	Müller	Cicero	Grieben	Lat. Extemp.	Hennicke	Correct. d. lat. Exe.
	11.	Müller	Horat. Odar.	Hennicke	Hom. Odys.	Bucher	Geschichte
	1.					Kienert	Hebräisch
	2.	Bucher	Geschichte	Lindenblatt	Französ.	Hennicke	Caesar
	3.	Bensemann	Physik	Bucher	Xen. Cyrop.	Lindenblatt	Französ.
Dienstag.	8.	Grieben	Glaubensl.		mit I.	Bensemann	Arithm.
	9.	Müller	Cicero	Bensemann	Arithmetik	Hennicke	Ovidius
	10.	Hennicke	Homeri Ilias	Bucher	Geschichte	Grieben	Griech. Gramm.
	11.	Lindenblatt	Französ.	Grieben	Lat. Exc. u. Gramm.	Bucher	Geschichte
	1.						
	2.	Bucher	Logik	Lindenblatt	Französ.	Hennicke	Caesar
	3.	Bensemann	Physik	Hennicke	Hom. Odyssea	Lindenblatt	Französ.
Mittwoch.	8.	Müller	Cicero	Bucher	Geschichte	Grieben	Glaub. u. Sittenl.
	9.	Müller	Tacitus	Grieben	Livius	Bensemann	Arithm.
	10.	Bensemann	Trigonom.	Hennicke	Griech. Exerc.	Grieben	Griech. Gramm.
	11.	Hennicke	Homeri Ilias	Bensemann	Arithm.	Bucher	Deutsch
	12.	Kummer	Chorsingen mit	Schülern	aus allen Klassen.		
	2.	Kienert	Hebräisch		mit III.	Hauptner	Zeichnen
	3.			Kienert	Hebräisch	Hauptner	Zeichnen
Donnerstag.	8.	Müller	Tacitus	Bensemann	Arithm.	Grieben	Glaub. u. Sittenl.
	9.	Müller	Horatius	Grieben	Livius	Bucher	Geschichte
	10.	Bensemann	Trigonometrie	Bucher	Xenophon	Grieben	Jacobs griech. Lsb.
	11.	Lindenblatt	Französ.	Hennicke	Deutsche Aufsätze	Bucher	Deutsch
	1.					Kienert	Hebräisch
	2.	Bucher	Platon. Dialogi	Hennicke	Virgilii Aeneis	Grieben	Griech. Exerc.
	3.	Bucher	Geschichte	Bensemann	Physik	Hennicke	Lat. Exerc.
Freitag.	8.	Müller	Lat. Aufsätze	Hennicke	Deutsche Aufsätze	Bensemann	Arithm.
	9.	Müller	Lat. Extemp.	Bucher	Geschichte	Hennicke	Caesar
	10.	Bensemann	Trigonometrie	Grieben	Cic. Catil. Reden	Bucher	Deutsch
	11.	Grieben	Deutsche Aufsätze	Bucher	Xenophon	Hennicke	Ovidius
	1.						
	2.	Bucher	Plato	Hennicke	Virgilii Aeneis	Grieben	Jacobs griech. Lsb.
	3.	Bucher	Geschichte	Bensemann	Physik	Hennicke	Lat. Gramm.
Sonnabend.	8.	Müller	Lat. Stil u. Metrik	Hennicke	Erklär. dtsch. Class.	Bensemann	Arithm.
	9.	Müller	Ueb. in Vorträgen	Grieben	Cic. Catil. Reden	Hennicke	Lat. Extemp.
	10.	Bensemann	Mathem. Aufs.	Hennicke	Homeri Odyssea	Bucher	Deutsch
	11.	Grieben	Deutsche Literat.	Bucher	Xenophon	Müller	Lat. Versüb.
	½2	Hauptner	Zeichnen	2. Kienert	Hebräisch		
	3.	Kienert	Hebräisch	Hauptner	Zeichnen		
			37.		37.		37.

Tag	Stunde	Quarta		Quinta		Sexta	
Montag.	8.	Lindenblatt	Geschichte	Kummer	Rechnen	Kienert	Geschichte
	9.	Rapsilber	Griechisch	Lindenblatt	Latein	Kummer	Rechnen
	10.	Bensemann	Arithm.	Lindenblatt	Französ.	Rapsilber	Latein
	11.	Kienert	Lat. Extemporalia	Rapsilber	Naturgesch.	Kummer	Deutsch
	1.						
	2.	Kienert	Cornel. N.	Kummer	Rechnen	Rapsilber	Latein
	3.	Kienert	Uebers. in's Lat.	Hauptner	Schreiben	Kummer	Geographie
Dienstag.	8.	Kienert	Cornel. N.	Lindenblatt	Latein	Kummer	Rechnen
	9.	Rapsilber	Griechisch	Kienert	Geschichte	Kummer	Deutsch
	10.	Bensemann	Arithm.	Kummer	Singen	Rapsilber	Latein
	11.	Rapsilber	Naturgesch.	Kienert	Deutsch	Kummer	Singen
	1.	Hauptner	Schönschreiben				
	2.	Hauptner	Zeichnen	Kummer	Rechnen	Rapsilber	Latein
	3.	Hauptner	Zeichnen	Rapsilber	Geographie	Kummer	Geographie
Mittwoch.	8.		mit III.	Lindenblatt	Latein	Hauptner	Schreiben
	9.	Lindenblatt	Französ.	Rapsilber	Naturgesch.	Hauptner	Schreiben
	10.	Rapsilber	Griechisch	Lindenblatt	Französ.	Kummer	Rechnen
	11.	Kienert	Lat. Gramm.	Kummer	Singen	Rapsilber	Latein
	12.						
	2.						
	3.						
Donnerstag.	8.		mit III.	Kienert	Geschichte	Kummer	Rechnen
	9.	Bensemann	Arithm.	Lindenblatt	Latein	Kummer	Deutsch
	10.	Lindenblatt	Deutsche Aufsätze	Rapsilber	Geographie	Kummer	Singen
	11.	Rapsilber	Naturgesch.	Kienert	Deutsch	Kummer	Naturgesch.
	1.	Hauptner	Schönschreiben				
	2.	Kienert	Cornel. N.	Hauptner	Zeichnen	Rapsilber	Latein
	3.	Kienert	Uebers. in's Lat.	Hauptner	Zeichnen	Kummer	Deutsch
Freitag.	8.	Kienert	Lat. Gramm.	Grieben	Katechismuslehre		mit V.
	9.	Bensemann	Arithm.	Lindenblatt	Latein	Rapsilber	Latein
	10.	Rapsilber	Griechisch	Kummer	Rechnen	Kienert	Geschichte
	11.	Rapsilber	Geographie			Kummer	Deutsch
	1.			Hauptner	Schreiben		
	2.	Lindenblatt	Französ.	Rapsilber	Geographie	Hauptner	Zeichnen
	3.	Lindenblatt	Deutsch			Hauptner	Zeichnen
Sonnabend.	8.	Lindenblatt	Geschichte	Grieben	Biblische Geschichte		mit V.
	9.	Bensemann	Arithm.	Lindenblatt	Latein	Rapsilber	Latein
	10.	Rapsilber	Griechisch	Kienert	Deutsch	Kummer	Deutsch
	11.	Rapsilber	Geographie	Kienert	Deutsch	Kummer	Naturgesch.
	½2						
	3.						
			34.		32.		33.

Uebersichten.

I.

Allgemeiner Lehrplan.

Lehrfächer.	Klassen und wöchentliche Stundenzahl. I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Summa.
Latein	10.	8.	10.	8.	6.	8.	50.
Griechisch	5.	8.	6.	5.	—	—	24.
Deutsch	3.	3.	3.	2.	4.	6.	21.
Hebräisch	2.	2.	2.	—	—	—	6.
Französisch	2.	2.	2.	2.	2.	—	10.
Geschichte u. Geographie	3.	3.	4.	4.	5.	4.	23.
Mathematik	4.	4.	5.	5.	—	—	18.
Rechnen	—	—	—	—	4.	4.	8.
Naturlehre	2.	2.	—	2.	2.	2.	10.
Propädeutik	1.	—	—	—	—	—	1.
Religion	2	⌣	2	⌣	2	⌣	6.
Zeichnen	2	⌣	2.	2.	2.	2.	10.
Schönschreiben	—	—	—	2.	2.	2.	6.
Singen	1.	⌣	⌣	⌣	2.	2.	5.
Summa	37.	37.	37.	34.	32.	33.	198.

II.

Lehrer-Collegium.	Zugetheilte Lectionen.	Summa.
Müller	10 Latein in I., 1 Deutsch in I., 1 Lat. in III.	12.
Bucher	in I. 3 Geschichte, 2 Griech., 1 Propädeut.; in II. 4 Griech., 3 Geschichte u. Geographie; in III. 3 Geschichte u. Geogr. u. 3 Deutsch	20.
Lindenblatt	10 Französische St. in I. — V. 2 Deutsch u. 2 Geschichte in IV. 6 Latein in V.	20.
Grieben	6 Religionsstunden, 2 Deutsch in I. 6 Latein in II. 6 St. Griech. in III.	20.
Bensemann	18 St. Mathematik in I. — IV. 4 Physik in I. u. II.	22.
Kienert	6 St. Hebräisch in I. — III. 8 St. Latein in IV. 4 St. Deutsch in V. 2 Gesch. in V. u. 2 Gesch. in VI.	22.
Rapsilber	5 Griech. in IV. 2 Geogr. u. 2 Naturgesch. in IV. 2 Naturgesch. u. 3 Geogr. in V. u. 8 Latein in VI.	22.
Kummer	1 Chorsingen, 4 Singen in V. u. VI. 8 Rechnen in V. u. VI. 6 Deutsch, 2 Naturgesch., 2 Geogr. in VI.	23.
Hauptner	10 Zeichnen u. 6 Schönschreiben.	16.
	Hierzu der neue Oberlehrer Herr Dr. Hennicke 3 St. Ilias in I.; 4 Griech., 3 Deutsch, 2 Virg. in II. u. 9 Latein in III.	21.
		198.